

quæ non habet locum inter eos, ut in leg. 1. & per totum. ff. de Donat. inter virum & uxorem. non valet nec habet locum inter sponso de præsententi. Tertio deducitur & infertur, quod legatum vel promissum alicui sub conditione si matrimonium contrahat, habet etiam locum si contrahat sponsalia de præsententi. Quarto deducitur & infertur, quod pœnæ positæ mulieri nuptæ adulterium committenti, habent etiam locum in sponsa de præsententi. Quinto deducitur & infertur, quod sicut uxor conjugata nihil potest agere sine licentia mariti, ita nec sponsa de præsententi. Sexto finaliter & conclusivè deducitur & infertur, quod omne illud quod reperitur dispositum in marito & uxore, habebit etiam locum inter sponso de præsententi. Tamen in casu hujus legis pro forma & substantia requiritur quod matrimonium sit celebratum cum velationibus & solemnitatibus Ecclesiæ, ad hoc ut filius vel filia efficiatur sui juris, & habeatur pro emancipato: & per consequens, per sponsalia de præsententi mutuo consensu contracta, & etiam sequuta copula, non liberatur nec eximitur à patria potestate, nec habeatur pro emancipato: Primò, quia non est eadem ratio: Secundò, quia verba legis repugnant, in quantum copulativè loquitur & dicit, *casado, y velado, &c.* & ad veritatem copulativè requiritur implementum utriusque: text. est in leg. Si hered. plures. ff. de Condit. inst. text. in leg. Si re solum. versic. fin. ff. de Hered. inst. text. in leg. Si is qui ducent, §. 1. ff. de Rebus dub. text. in leg. Si ita quis de Verbor. obligation. text. in leg. Si quis ita eod. tit. text. in §. Si plures, Inst. de hered. inst. (b) Confirmatur ex sententia Bald. in leg. Non sine. Cod. de Bonis quæ liber. ubi dicit, quod si in aliqua lege vel statuto reperitur aliquod verbum, denotans plenam & totalem solemnitatem & consummationem matrimonii, illa est servanda: & sequitur & valdè commendat ibi Paul. de Castr. & Philipp. Corne. Tertio, quia quando aliqua lex vel statutum fundat se in aliqua qualitate, ante omnia debet de ea constare, & censetur requisita pro forma: text. est in leg. Prator ait,

(b) Gutierr. in Repet. §. Sui num. 120. Inst. de His qui sunt sui, Azeved. in leg. 8. titul. 1. lib. 5. Recopil. num. 1. itaque velatio necessariò intervenire debet, ut effectus legis nostræ sequatur: & multos alios casus, ubi velatio desideratur ut matrimonium effectum sortiatur, vide per Avil. in cap. 47. Prac. §. 4. incip. d. casado. Castr. hic, verb. Velandose.

(i) Ergo talis filius uxoratus non transmittit patris hæreditatem non aditam virtute suitatis, sicut nec emancipatus per patrem transmitteret, ut docetur 1. tom. Variar. cap. 9. n. 24. Menoch. in leg. Si emancip. num. 12. Cod. de Juris, &c. & vide Castill. hic, quem refert & sequitur Gutierr. in §. Sui num. 121. & Azeved. ubi supra num. 150. & ad nostræ sententiæ confirmationem facit leg. Cum ex ratione, §. fin. de Excus. tut. & vide Bald. in leg. Quod favore 7. oppos. num. 10. Cod. de Leg. Socin. in leg. 1. num. 1. de Legat. 1. contra Suar. in leg. 1. titul. de Testam. lib. 3. Fori.

la 2. §. Hac autem actio, versic. Docereque. ff. de Vi bonor. raptor. quem ad hoc notat & commendat ibi Alb. & Angel. text. in leg. 1. §. Habet itaque. ff. Si quis test. liber esse jus. fut. text. in leg. 3. §. Hoc autem interd. versic. Itaque. ff. de Itin. actiq. priv. text. in leg. 1. §. Ait prator. ff. Ne quid, in flum. publ. sed nostra lex fundat se in qualitate velationis: ergo debet præcedere.

Item adde, quod in tantum filius vel filia per contractum matrimonii efficitur sui juris, & habeatur pro emancipato vel emancipata; ut habeat locum & procedat in omnibus & per omnia & quoad omnes effectus favorabiles vel odiosos ipsi filio vel filia: ita probat nostra lex, in quantum dicit: *En todas las cosas para siempre.* Confirmatur etiam, quia duæ qualitates contrariæ non debent concurrere in eodem subjecto: text. est notabilis in leg. Si tibi. ff. de Adoption. & ibi communiter DD. & tenet expressè Bart. in leg. Si maritus, la 2. §. Legis Julia. ff. de Adult. & ibi DD. Confirmatur etiam, quia actus vel effectus inductus per modum fictum, non minus operatur quam si induceretur per actum verum & naturalem: text. est in leg. Quod meo. §. Si vend. ff. de Acquir. poss. text. in leg. Certè, §. 1. ff. de Precar. text. in cap. Contingit, de Dolo & contum. (i)

Ex qua lege sic declarata primò infero, quod licet filius, nepos, vel descendens in potestate, quidquid quærat, quærit patri, ut in leg. 1. & per tot. Cod. Per quas personas, & in leg. 1. & per tot. Cod. de Bonis quæ liber. hodiè tamen non, postquam contraxit matrimonium. Secundò, quod licet filius qui est in potestate, non possit esse in iudicio sine licentia patris, ut leg. fin. §. Necessitate, Cod. de Bon. liber. tamen hodiè filius conjugatus sic. Tertio, quod licet lis nulla possit esse inter patrem & filium in potestate, ut in leg. Lis nulla. ff. de Jud. hodiè tamen sic, post contractum matrimonium. Quarto, quod licet de jure communi pater habeat usumfructum in bonis adventitis filii; hodiè tamen non, post contractum matrimonium. Quintò, quod licet de

## COMMENTARIUM

## In Legem XLVIII.

## SUMMARIUM.

- 1 An pater habeat usumfructum in bonis filii?
- 2 An pater acquirat usumfructum relictum filio?
- 3 An pater habeat usumfructum in majoratu filii relicto à matre?
- 4 Si bona majoratus sint donata à Principe contemplatione patris, an patri acquiratur ususfructus vel filio?
- 5 An ususfructus bonorum filii qui est penes patrem, duret post mortem filii?
- 6 Si pater emancipat filium, an sit penes patrem ususfructus?
- 7 Si filius sit factus Clericus, an pater habeat usumfructum in suis bonis; & an sit idem, si ingrediatur religionem?
- 8 Si pater ingrediatur religionem, an amittat usumfructum?
- 9 Si pater remittat filio usumfructum quem in suis bonis habet, an valeat remissio?
- 10 Si pater non remisit expressè usumfructum filio, sed videt & consentit quod filius percipiat fructus bonorum adventitiorum, an per hoc videatur facta remissio?
- 11 An pater habeat usumfructum in legitima filii relicta à matre? & an possit filius meliorari in tertio, & quinto bonorum à matre, sub conditione quod ususfructus non quærat patri? An

de jure communi pro delicto per filium commisso contra patrem iudex teneretur dictare sententiam secundum voluntatem patris, ut in leg. 3. Cod. de Patria potestate, hodiè tamen non, post contractum matrimonium. Sextò, quod licet filius vel descendens ratione patriæ potestatis & suitatis de jure communi poterit transmittere hæreditatem ad quoscumque; hodiè tamen non, post contractum matrimonium. Septimò, quod licet de jure communi nepos natus ex filio conjugato sit in potestate avi, ut iuribus suprâ dictis; tamen hodiè per istam legem nepos non erit in potestate avi, sed patris. Octavò noviter & singulariter infero, quod hodiè per istam legem nepos natus ex filio tantum desponsato per verba de præsententi, & non velato, erit in potestate avi sicut de jure communi; cum non sit natus ex filio conjugato & velato, ut nostra lex requirit: & in hoc nepote habebunt locum & verificabuntur omnes effectus patriæ potestatis. (k)

## TEXT. XLVIII.

Andamos que de aqui adelante el hijo, ò hija, casandose, y velandose, se hayan para sí el usufructo de todos sus bienes adventicios, puesto que sea vivo su padre: el qual sea obligado à se lo restituir, sin le quedar parte del usufructo de ellos.

Id est:

Præcipimus ut post hac filius, aut filia matrimonio juncti cum Ecclesiastica solemnitate habeant sibi fructum omnium suorum bonorum adventitiorum, etiam vivente patre; qui teneatur ad illa eis restituendum, nec sibi partem eorum usumfructum relinquat.

(k) Vide Martenz. in leg. 8. titul. 1. lib. 5. glos. 3. num. 1. Gutierr. in §. Sui, num. 118. & 120. Azeved. in dict. leg. 8. titul. 1. lib. 5. num. 7. & si conceptus esset ante nuptiales benedictiones, & post eas nasceretur, idem esset dicendum, argumento text. in §. fin. Inst. quibus modis jus patriæ potestatis solvitur, idem etiam esset, si morte mariti matrimonium esset dissolutum; quo casu filia reddit ad patriam potestatem: ita Thom. Grammatic. decis. 54. & cons. 87. num. 5. text. ex regula quæ habet, quod cessante causa cessat effectus, ex regula, cessante legis ratione, de qua in leg. Quod dictum. ff. de Pactis, in leg. Adigere. §. Quamvis de Jure patronat. Sed nihilominus contrarium videtur verius, ut docet Afflict. lib. 2. Const. rubr. 2. num. 12. Tiraquell. in lib. de Jure maritali, gloss. 3. & in tract. Cessante causa, limitatione 5. & Castill. hic, quæ opinio fundatur in leg. Qui libertus. ff. de Adoptionibus, in leg. fin. ff. de His qui sunt sui, facit etiam Gloss. in Authentica constitutio, qua de dignitatibus, §. 1. versic. Præsul. quæ opinio communis est, secundum Plat. in leg. fin. num. 3. Cod. de Const. lib. 12. & Angel. Arctin. in §. Filiusfamilias, num. 5. quibus modis jus patriæ potestatis solvitur, ad idem leg. Si quis heredem, Cod. de Const. & tenendo hanc opinionem, respondeas ad fundamentum Grammatic. procedere ante effectum rei consummatum, secus aliàs: ita Bartol. in leg. Titia Sejo. §. Imperator, num. 10. ff. de Legat. 2. & quod suprâ dicta communis in praxi servetur firmat Beroj. dec. 197. Adde etiam, quod per matrimonium filius à cura liberatur, licet minor sit 25. annorum, text. in leg. 6. titul. 57. part. 7. in fin. tradit Perez in leg. 3. tit. 11. lib. 14. Ordinam, fol. 894. & videas eos quos addidi ad num. 2. suprâ, ibi: Per contractum matrimonii.



- 12 An pater & filius admittantur unà ad successionem alterius filii in bonis adventitiis?
- 13 Si pater & filius instituatur hæredes ab extraneo, an pater habeat usumfructum in illa parte qua pertinet ad filium?
- 14 In casibus, in quibus pater habet usumfructum, est legitimus administrator?
- 15 An, finito usufructu, teneatur pater reddere rationem prædictæ administrationis?
- 16 Hodie, si pater alienavit bona adventitia filii qua administrabat, an possit filius agere contra patrem?
- 17 In casibus, in quibus pater non habet usumfructum in bonis filii, an possit esse ejus tutor vel curator, & an teneatur reddere rationem?
- 18 Si pater est legitimus administrator & ex causa justa debeat vendere aliqua bona filii, an requiratur decretum judicis?

**N**Ota decisionem hujus legis: Pro cujus perfecta declaratione dico, quod pater ratione potestatis quam habet in filium, habet & acquirit ipso jure ex legis dispositione usumfructum in omnibus bonis filii, modò sibi proveniant à matre vel ejus linea, modò à consanguineis, modò ab aliis penitus extraneis, & proprietas reservatur ipsi filio textus est capitalis & expressus in leg. 1. *Cod. de Bonis matern.* cuius verba sunt: *Res quæ ex matris successione, sive ex testamento, sive ab intestato fuerint ad filios devoluta, ita sint in parentum potestate, ut utendi fruendi dumtaxat habeant in diem vitæ facultatem, dominio videlicet earum ad liberos pertinente:* text. in leg. 2. eodem titul. text. in leg. 1. 2. & 3. *Cod. de Bonis qua liber.* textus capitalis & expressus in leg. *Cum oportet, eodem tit.* text. in leg. *fin. cum omnibus, ss. suis, eodem titul.* text. in leg. *fin. versic. Si verò defuncta persona, Cod. ad Tertulian.* text. in leg. *fin. versic. fin. Cod. Commun. de Successionib.* text. in §. *Igitur, Instit. per quas personas cuiq. acquir.* text. in leg. 5. titul. 17. part. 4.

Quod primò extende, ut procedat etiam si pater transeat ad secunda vota; quia per hoc non privatur usufructu: text. est in leg. *fin. Cod. de Bonis maternis*, & ibi notat Bart. Odofred. Petr. Cin. Jacob. Butr. Alb. Bald. Angel. Salyc. Paul. Corne. & communiter DD.

2. Secundò extende, ut procedat in usufructu relicto filio; quia ille quæritur patri, vel saltem commoditas ejus, & post mortem patris remanet apud filium; & etiam post mortem filii remanet apud patrem: text. est in leg. *fin. Cod. de Usufruct.* & ad hoc notat & commendat ibi Bartol. Odofred. Petr. Cin. Jacob. Butr. Alb. ric. Bald. Angel. Salyc. & Paul. de Castr. &

non est alibi, secundum eos: & illum textum ad hoc reputat mirabilem Angel. de Aretin. §. *Finitur, Instit. de Usufruct. 1. column.* Sed advertendum, quòd ille textus est valde difficilis, & videtur quòd non possit procedere, à sufficienti partium enumeratione: nam, aut usufructus fuit relictus filiofamilias contemplatione ipsius filii; & tunc jus usufructus, & ut dixerim, proprietas ejus residet penes filium, commoditas verò tantum residet penes patrem: quia in usufructu datur proprietas & dominium saltem improprie, & datur etiam commoditas fructuum: ita probat text. in leg. *Qui usufructum, in fin. ff. Si usufructus petatur, text. in leg. In venditione. ff. de Bonis author. jud. possess. text. in leg. Mavius. §. penult. ff. de Legatis 2. text. in leg. Talem, §. fin. ff. de Hæred. inst. & tradit Gloss. reputata singularis in leg. Naturaliter. §. Nihil commune. ff. de Acquirend. possess. in gloss. 1. & ibi communiter DD. Bart. & DD. in leg. *Qui usufructum. ff. de Verbor. obligation. Idem Bart. & Alber. in dict. leg. In venditione. ff. de Bon. author. jud. pos. Paul. de Castr. post Antiquos in Rub. Cod. de Usufruct.* & talis proprietas, & sic jus usufructus potest esse penes unum, & commoditas penes alium, ut in leg. *Arboribus. §. 1. ff. de Usufruct. & in leg. Necessario, §. final. ff. de Peric. & commod. rei vend. & notatur in leg. Si usufructus. ff. de Jure doti.* & tale jus dependet ab ipso fructuario, non verò ab eo qui percipit commoditatem: & hoc casu, per mortem filii finitur & extinguatur talis usufructus, argumento prædictorum jurium, & in expressò ita probat text. in leg. *Si filiofamil. la 2. ff. de Don. causa mortis.* Si verò usufructus relinquatur filio contemplatione patris, tunc statim pleno jure quæritur ipsi patri; & sic ipsum jus usufructus, proprietas & commoditas ejus transit in patrem: unde, per mortem solius patris, & non filii finitur & extinguatur usufructus, argumento text. in dict. leg. *Si filiofamilias, la 2. ff. de Donat. causa mortis, & in leg. Cum oportet, Cod. de Bonis qua liber.* Si verò usufructus relinquatur filio simpliciter, & non potest constare cujus contemplatione sit relictum; tunc ipsum jus usufructus & proprietas ejus videtur quæri filio, & sola commoditas patri, sicut reperitur dispositum in bonis adventitiis; & per consequens in nostro casu usufructus deberet finiri & extingui morte ipsius filii, cum in ejus persona resideat jus usufructus: & sic in nullo casu videtur posse procedere & verificari illa lex & ejus dispositio: & in hoc consistit ejus difficultas. Sed breviter respondeo, quòd primis duobus casibus illa lex non procedit; quia si constat cujus contemplatione usufructus relictus est, ejus sola morte finitur, ut dictum est*

in

in tertio verò casu, quando simpliciter filiofamilias relinquatur usufructus, & non potest constare cujus contemplatione, eligitur media via, ut sola morte unius non finiat nec extinguatur, sed morte utriusque, taliter quòd post mortem filii usufructus remaneat apud patrem, & post mortem patris remaneat apud filium superviventem: Nec obstat, quòd in dubio bona relicta vel quærita filio quærentur sibi quoad proprietatem, & patri quoad usufructum: Quia illud est verum & procedit in aliis bonis mobilibus vel immobilibus: secus verò in usufructu; quia specialiter in eo dispositum est, ut in dubio quæretur superviventi: & ite est verus & proprius casus text. in leg. *fin. Cod. de Usufruct.* & in hoc est singularis & unicus secundum prædictos DD. ibi. (1)

3. Tertid extende, ut procedat & habeat locum in bonis majoratus obvenientibus filio ex linea materna, vel aliàs, ut si aliqua nobilis vel illustris femina, quæ successit in Comitatu, Ducatu, vel majoratu parentum suorum, nupsit alicui viro; & ea mortua, remansit filius major ex tali matrimonio, qui succedit in dictis bonis majoratus: nam etiam in eis pater habet usufructum, & similiter legitimam administrationem, sicut in aliis bonis adventitiis. (m)

Et ut veritas hujus conclusionis melius appareat, volo magistraliter attingere quæ principaliter pro utraque parte possunt urgere: Et vi-

detur quòd in talibus bonis pater non habeat usufructum: Primò, quia quando filius vel filia habet aliqua bona à Principe, vel Rege, ex donatione & liberalitate sua, talia bona reputantur castrensia, & in eis pater non habet usufructum, sed pleno jure quærentur filio: text. est singularis & unicus in jure in leg. *Cum multa, Cod. de Bonis qua liber.* cuius verba sunt: *Si quis igitur à Serenissimo Principe, vel à piissima Augusta, sive masculus sive femina, donationes sit consecutus vel consecuta, filiusfamil. tamen constitutus vel constituta habeat hujusmodi res omni acquisitione absolutas, & nemini eas acquirat, nec earum usufructum pater, vel avus, vel proavus sibi vendicet, sed ad similitudinem castrensium peculii, omnem facultatem in eis habeant, & ad hoc notat & commendat ibi Petr. de Bellapert. Odofred. Bart. Bald. Angel. Paul. de Castr. Salyc. & Philipp. Corne. & ille est casus unicus, & non alibi, in quo femina potest habere peculium castrense, secundum Bald. & Corne. ibi: Bald. in leg. *Si uxor. fin. column. & quest. Cod. de Con. insert. & illum textum reputat singularem Jas. in Authent. ex testamento, 5. column. num. 11. Cod. de Collat. & idem disponit hodie lex 7. in fin. titul. 17. partit. 4. (n)* Imò, quòd magis est, etiam si talia bona sint donata à Principe, vel Rege contemplatione ipsius patris & non filii, pleno jure quærentur filio quoad proprietatem & usufructum, & pro-*

(1) Sed quid si filius postquam est uxorus toto tempore vitæ patris tacuit, & patri permisit uti usufructu bonorum adventitiorum, neque ipsum usufructum ab eo ipsius vita exegit, an possit postea hunc usufructum exigere à patris hæredibus? In qua quæstione Castill. hic num. 11. tenet non posse, quasi ipse filius tacendo & consentiendo patrem usufructu uti, videatur sibi illum donasse; sicut è contrario pater, patiendo filium uti eodem usufructu bonorum adventitiorum, videatur sibi illum remittere, text. in leg. *Cum oportet. §. Sin autem, Cod. de Bonis qua liber.* Sed contrarium procul dubio verius est: pro qua sententia non parum urget hæc lex, quæ planè disponit, teneri patrem filio uxurato usufructum rerum ipsius filii restituere: ergo innuit, quòd si pater aliquo tempore postquam filius est uxorus usufructum perciperit, tenebitur ipsum filio restituere: ergo quamvis filius taceat, & usufructum à patre vivente non petat, tenebuntur ejus hæredes ad ipsius restitutionem: & pro eadem opinione est textus optimus, adjunct. Bart. *ibid. in leg. titul. Contestata, §. ult. ff. de Neg. gest.* ubi scribit Jureconsult. quòd si pater res à se donatas filio emancipato apud se retinuerit, ex his fructus percipiendo, tenebitur filio fructus ipsos eorumque rationem reddere, ubi Bart. inquit, quòd si pater percipit fructus ex præbenda seu beneficio filii, tenebuntur hæredes patris fructus ipsos restituere filio. Neque obstat huic sententiæ text. in dict. §. *Sin autem*, est enim longè diversa ratio in patre tacente & patiente filium uti usufructu, quam in filio; cum in patre detur libera donatio & remissio, quæ cessat in filio, qui propter reverentiam patris fortè non petit usufructum: unde hæc opinio mihi videtur verissima, quam reperio tenuisse Joan. Gutierr. *de Juramento confirmatorio, cap. 4. num. 8. cum seq. Azeved. in leg. 9. titul. 1. de los Casamientos, lib. 5. Recop. num. 26.*

(m) Ut tenet Roderic. Suar. in quest. *Majoratus.* Gregor. Lop. in leg. 7. gloss. penult. tit. 17. partit. 4. Matienz. in leg. 9. titul. 1. lib. 5. Recopilat. gloss. 1. num. 5.

(n) Has autem intensiones & ampliationes, aliasque plures vide per Matienz. in leg. 9. titul. 1. lib. 5. Recopilat. gloss. 1. per totam, & per Pinell. in leg. 1. Cod. de Bonis mater. 1. part. num. 24.



procedit illa lex: & in expresso ita tenet & declarat Aretin. in leg. *Sed si plures*. §. In arrogato, 2. column. ff. de *Vulgar. & pupil.* & ultra ipsum ad hoc dupliciter vel tripliciter pondero illam legem. Primò modò: nam textus qui præcessit in leg. *Cum oportet*, ejusdem tituli, dicit, quòd data vel donata filio contemplatione patris, quærentur patri; data verò vel donata contemplatione filii, vel in dubio, quærentur filio quoad proprietatem, & patri quoad usumfructum: postea vero dicit text. in dict. leg. *Cum multa*, (quæ est posterior) quòd data vel donata à Principe, vel Rege, non quærentur patri, nec in eis pater habet usumfructum: ergo aperte dat intelligere, quòd loquitur in utroque casu; scilicet, quòd eo casu, quo post dispositionem text. in dict. leg. *Cum oportet*, quærebantur patri, non quærantur illa quæ sunt data à Principe vel Rege: Item etiam, in casu quo quærebantur patri quoad usumfructum, non quærantur illa quæ sunt data à Principe vel Rege: & ita probat text. ibi dum dicit, *nemi-ni eas acquirat, nec earum usumfructum pater, vel avus, vel proavus sibi vindicet*. Secundò modò, quia ille textus loquitur tam in filio quàm in filia, & non est credendum quòd Princeps vel Rex aliquid donavit filia contemplatione ipsius filia, sed ipsius patris. Sed ista ratio non concludit, quia potuit esse in servitio regina, & ex hoc sibi aliqua donavit. Tertiò modò, quia ille textus loquitur generaliter & indistinctè in quocumque filio vel filia, majore vel minore; unde non est præsumendum quòd fecisset Principi vel Regi aliquod servitium, per quod ex sua persona donaret, sed tantum respectu & contemplatione patris. Certè sunt novæ & subtiles ponderationes ad illam legem. Sed bona majoratus censentur proventa à Principe vel Rege, propter licentiam & auctoritatem ab eo interpositam: Ergo in eis pater non habet usumfructum. Confirmatur, quia quando actus non potest fieri sine alterius licentia, ab illo dicitur ille actus provenire, argumento text. in leg. *In adibus*. §. *Quid filius familias*, ff. de *Donat.* text. in leg. *Profectitia*. §. *Si quis certam*, ff. de *Jure dotium*, text. in leg. *Si consentiente*, ff. de *Manumissis*, text. in leg. *Nepos*, eod. tituli, text. in leg. *Campanus*, de *Oper. liber.* facit text. in leg. *Unum ex familia*, ff. de *Legat.* 2. & faciunt ea quæ tradit Bart. in leg. *More majorum* 1. & 2. column.

(o) Idem etiam resolvit latè Isern. in cap. 1. in princip. num. 8. & 9. de his qui feudum dare possunt. Alvarot. in cap. 1. §. *Si duo fratres*, de *duobus fratribus*, de novo beneficio investitis, & Præpositus, eam opinionem communem dicens, & Gregor. Lop. in leg. 5. gloss. magn. tituli. 17. part. 4.

ff. de *Jurisd. omn. jud.* Bald. in leg. *Ex placito*, Cod. de *Rerum perm.* Rom. notabiliter in consil. suo an. 98. Confirmatur etiam, quia omnia nostra facimus quibus auctoritatem impartimur, ut in leg. 1. §. *Omnia*, Cod. de *Veter. jur. enucl.* & in leg. 1. §. *Suprà dictis*, Cod. de *Emendatione*, Cod. *Justiniani*, & in leg. 2. §. *Postea*, ff. de *Orig. jur.* & in leg. *Legitima*, ff. de *Pactis*, & in cap. *Si apostolica*, de *præbend.* in 6. & in §. *Responsa prudentum*, *Instit. de Jure natur. gen. & civil.* Secundo & principaliter facit, quia in bonis majoratus successor non videtur habere plenam proprietatem, sed tantum usumfructum: ergo in tali usufructu non possit alter ususfructus quæri patri; quia servitus servitutis esse non potest, ut in leg. 1. ff. de *Usufruct. legat.* Et in expresso istam sententiam & conclusionem videtur tenere Andreas de Isern. in cap. 1. versic. *Valuasores*, 2. column. num. 13. de *His qui feudum dare possunt*, ubi dicit, quòd si feudum perveniat ad filium ex successione materna, ex dispositione & concessione Principis vel Regis, pater non habet nec acquirit usumfructum ejus (o) per text. in dict. leg. *Cum multa*, Cod. de *Bonis qua liber.* Jacob. de Bellovis. notabiliter in cap. 1. §. *Si duo fratres*, de *duobus fratribus*, de *Novo benefic. investitis*, & ibi Bald. 2. column. num. 6. Mart. de *Lauden.* 2. column. in med. idem Bald. in leg. *Si uxor*, fin. colum. & *quæst.* Cod. de *Condit. inser.* licet contrarium videatur tenere in leg. *Cum oportet*, Cod. de *Bon. qua liber.* fin. colum. & *quæst.* tenet etiam Barbat. in *Repet. Rub. de Testament.* 37. column. num. 19.

Sed his non obstantibus, ego teneo contrariam sententiam, imò quòd pater habeat in eis usumfructum, vel saltem commoditatem & legitimam administrationem: Primò, quia regulariter semper pater debet habere usumfructum in bonis adventitiis filii, ut in *juribus supra allegat.* sed ista sunt adventitia: ergo, &c. Secundo, quia in bonis majoratus successor & possessor habet verum & proprium dominium, licet bona sint subjecta restitutioni, ut latè & notabiliter dixi supra in *materia majoratus* 1. *quæst.* ergo filio competat proprietatis, & patri ususfructus & legitima administratio, sicut in aliis bonis. Nec obstat text. singularis & capitalis in dict. leg. *Cum multa*, Cod. de *Bonis qua liber.* supra allegatus: Quia debet intelligi, quando Rex vel Princeps aliqua bona propria donat filio-

famil. quia in eis pater illius filii non habet usumfructum, quia reputantur bona castrensia beneficio & liberalitate Principis. (p) Unde dico, quòd si bona essent donata ab ipso Principe vel Rege simpliciter filiofamilias sine gravamine restitutionis, vel etiam cum gravamine restitutionis, vel etiam per viam majoratus, numquam pater habet usumfructum in talibus bonis. (q) Unum tamen est: quòd si bona simpliciter essent donata à Principe vel Rege filiofamil. licet pater in eis non habet usumfructum; tamen, si postea deveniant ad ejus successores vel hæredes sine vinculo & gravamine regis, pater talis successoris benè habet in eis usumfructum; quia mutatione personæ jam non dicuntur castrensia, nec quasi, argumento text. in leg. *Paulus*, aliàs incipit per procuratorem, de *acquirenda heredit.* & ibi DD. & in leg. fin. Cod. de *Inofficioso testament.* secus tamen est in nostro casu & quæstione, ubi bona non sunt propria Regis vel Principis, sed ipsius primi constituentis majoratum, & successorum ejus, licet sint effecta inalienabilia propter licentiam & auctoritatem Regis vel Principis; tamen per hoc non perdunt primævam & originalem qualitatem bonorum privatorum, & à primo fundatore proventa, argumento text. cum materia, in leg. *Unum ex familia*, ff. de *Legat.* 2. Secundò non obstat secundum fundamentum, in quo dicebam, quòd in bonis majoratus filius & quilibet successor non habet plenam proprietatem, sed tantum usumfructum; unde in tali usufructu non potest quæri patri alius ususfructus. Quia hoc assumptum est falsum: imò dicendum est, quòd filius & quilibet successor habet verum & proprium dominium in bonis majoratus, ut supra dictum est; unde meritò patri quæritur ususfructus in eis sicut in aliis bonis: Item etiam, quia licet filio non quæreretur proprietatis, sed ususfructus tantum, in eo pater haberet commoditatem & legitimam administrationem, argumento text. in leg. fin. Cod. de *Usufruct.* ut supra dixi & declaravi; & in expresso istam sententiam & conclusionem licet

sic non declaratam, tenet Roder. Suar. in sua *Repet. leg. Quoniam in prioribus*, Cod. de *Inoffic. testam. fin. quæst.* Unum tamen est: quòd licet aliàs in bonis filii non vinculis nec subjectis restitutioni, pater non amittat usumfructum per mortem filii, ut latè infra proximè deducam; tamen in istis bonis majoratus vinculis & subjectis restitutioni, pater amittit usumfructum per mortem filii, & liberè bona debent transire ad alium successorem majoratus: quia resolutio jure dantis, resolvitur jus accipientis, argumento text. in leg. *lex vedigali*, ff. de *Pignoriis*, & in leg. *Si quis domum*, §. 1. ff. *Locat.* (r) & in specie pro hac sententia & conclusione facit textus notabilis & expressus juncta communi opinione in leg. *Filiosam*, la 1. ff. de *Donat. causa mort.* ubi habetur, quòd si ususfructus relinquatur filio contemplatione ejus, quòd licet commoditas ejus quæratu patri, tamen mortuo filio expirat illud jus in utriusque persona: ut dixi supra proximè, tangendo intellectum leg. fin. Cod. de *Usufruct.* & in expresso ita tenet Bald. loquendo in feudo, in l. *Cum oportet*, fin. col. & q. C. de *Bonis qua liber.*

Quartò extende, ut procedat & habeat locum etiam post mortem filii, (s) nam si pater habet usumfructum in bonis filii, & talis filius moriatur vivente patre, pater semper retinet prædictum usumfructum per totum tempus vitæ suæ, & sic talis ususfructus durat post mortem filii: text. est formalis & expressus in leg. fin. versic. *penultim.* Cod. ad *Trebellian.* cujus verba sunt: *Si vero defuncta persona in sacris patris constituta decesserit, pater quidem usumfructum, quem & vivente filio habebat, teneat donec vivat incorruptum*, & ibi ad hoc notat & commendat Bartol. Odofred. Alberic. Bald. Angel. Salycet. Paul. Corne. & communiter DD. text. in leg. 3. in fin. versic. fin. Cod. *Commun. de Success.* text. in leg. 3. in fin. Codic. de *Bonis qua liber.* text. in leg. *Quocumque*, versic. *Parentibus, eodem tituli.* text. in leg. fin. §. *Filiis autem*, eodem tituli, ubi dicitur, quòd filius non potest testari in bonis suis, in quibus pater habet usumfructum: ergo

(p) Sic illum textum intellexit Matienz. in leg. 9. tituli. 1. lib. 5. *Recopilat. gloss.* 2. num. 10. vide etiam Roderic. Suar. in *quæst. Majoratus*, num. 25. & Matienz. de *Success. creat.* lib. 3. §. 26. num. 5. ita etiam illum textum intellexit Aretin. in leg. *Sed si plures*. §. In arrogato, 2. column. ff. de *Vulgar.*

(q) Et ita resolvit Suar. in *quæst. Majoratus*, num. 17. & 28. Gregor. in leg. 7. gloss. *penultim. tituli.* 17. part. 4.

(r) Idem probat Gomez Arias in leg. 46. *Taur.* num. 5. ad finem. Pinell. in 1. part. num. 41. Matienz. in leg. 9. tituli. 1. gloss. 1. num. 9. lib. 5. *Recopilat.*

(s) Ut tenet Pinell. in leg. 1. Cod. de *Bonis matern.* 1. part. num. 39. qui hanc communem sententiam dicit: Matienz. in dict. leg. 9. tituli. 1. lib. 5. *Recopilat. gloss.* 1. num. 5. Azeved. *ib. idem.* numer. 4.